Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2067
Quelle:
Copyright:

III. *fol.* 108. praemittuntur Obſervata quaedam de Sacramento Euchariſtiae, et Miſſa, redituque ad *Evangelia* germanica, quorum poſtremum: *Non turbetur cor ueſtrum* Joh. C. XIV. v. 1. *Ewr hercz ſchol nicht trawrig ſein* &c.

IV. *fol.* 133. p. 2. additur *Benedictionale*, et primum quidem: *In purificatione marie benedictio cereorum;* dein *Benedictio blaſi ſalis et atque;* tum *In capite ieiunij Benedictio cinerum*, demum ἀνεπιγραφως *Benedictio palmarum.*

V. a *fol.* 152. p. 2. finem faciunt primo Commendatio quaedam Feſti *Viſitationis B. M. V.* et Sermo de S. *Dorothea* in illud: *Signum magnum apparuit in coelo.* Apoc. C. XII. quem in Templo Canonicorum regul. *Viennae* olim ab hac Virgine dicto prolatum fuiſſe vero ſimile eſt.

DCCCXL.

R. 3333 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 99. 4. charactere luculento, et pereleganti, praecipue poſteriore parte, ſcriptus, et minio diſtinctus continet I. Περικοπας *Epiſtolarum* et aliorum Librorum biblicorum harum loco olim in Eccleſiis legi ſolitas in Feſtis SS. initio ducto a *Natali S. Silveſtri*, cui adſignatur ex *Epiſt. ad Hebr.* c. 5. *Omnis Pontifex ex hominibus — ſecundum ordinem Melchiſedech.* Anni circulum obeundo noſtro more poſtrema eſt *Lucia* V. et M. 13. *Dec.* Verum hanc in Codice excipiunt *Rufus et Zoſimus* in *Martyrol. Rom. 18. Dec. Tyburtius* ibid. 11. *Aug. Conceptio S. Johannis Bapt.* de qua nihil in *Martyrol. Quatuor Coronati 8. Nov. Longinus Miles* 15. *Mart. Transfiguratio Domini 6. Aug.* et Lectiones de Communi Apoſt. Mart. Conf. Virg. Sed et per decurſum Dies quidam feſti minus noti occurrunt, puta: *De Inuentione Sanguinis Domini*, ubi Lectio *Apocal. 5. In diebus illis vidi in dextera ſedentis in throno librum — et regnabunt in ſecula ſeculorum.* Cum plura ejusmodi Oſtenta ferantur, difficile eſt ſtatuere, cujusnam hic celebrata fuerit memoria. *S. Gengolfi* ſeu *Gangulphi M.* in *Martyrol. 11. Maji. SS. Caſti et Aemilii MM. ibid. 22. Maji S. Magni Sociorumque eius.* Si *Aquilinum*, *Geminum*, *Gelaſium* et *Donatum* intelligas, hodie 4. *Febr.* ſi vero *Saturninum*, *Caſtulum* et *Lucium*, 15. *Febr.* ſi demum *Caſtum* et *Maximum*, 4. *Sept. S. Sylę* cum addito *Apoſtoli* hodie 13. *Jul. S. Manſueti et Remagli*, qui prior. *Tullenſis* Ep. fuit; alterum quidam *Leodienſem*, alii *Trajectenſem* faciunt, 3. *Sept.* ſed *Remaclus* abeſt a *Rom. Martyrologio.* Plura ſuadent, Lectionarium iſtud *Auguſtanae* Dioeceſi adcommodatum fuiſſe.

Fol. 43. alia manu Proſae, ſeu Sequentiae II. *De Sancto Nicolao* muſicis accentibus pernotatae, et inter *Notkerianas* non repertae, quarum prior incipit: *Deus fons omnium Rex ſeculorum tibi perſoluimus quicquid nos ſumus* &c. Altera: *Exultent filii ſponſę domini*